



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Nter alia plurima signa, quibus, natura rerum mirabiliter commota, demonstrare æternus *DEUS* voluit id tempus, quo nasceretur in terris filius Dei natus, ut canitur in Ecclesia, ante secula, duo hæc memorantur, tum pace ubiq; locorum & gentium parta, *Jani* templum esse clausum, & largo rivo de taberna quadam profluxisse oleum. Quæ ut propria ejus beneficii signa fuerunt, quod promissum antea tunc exhibendum erat, de consilio benignitatis & favoris divini immutabili & certo sic nobis & considerata illa potissimum, & de hac consideratione utilitatis aliquid comparandum est. In pace omninò nasci conveniebat Principem pacis, non ejus, quæ in hoc mundo expetitur, (sanè optanda, & secundum Poëtam, *optima rerum, quas homini non esse datum*), sed longè melioris & jucundioris pacis, quæ facta est, placatâ irâ *DEI*, & numine divino reconciliato hominibus. Unde existit gaudium, vincens omnem lætitiâ, quam humana affectio capere potest. Quod verò & oleum tum magna copia emanavit, quanquam ad pacis tempus referri & ipsum possit; tamen aliis de causis & mirabilibus & attentiore, quasi contemplatione dignum videtur. Atq; est præclare cogitatum hoc à Veteribus, significationem hanc ad *Christum* propriè pertinere, de quo *Psalmus*; *Unxit te Deus oleo, præ cæteris*, ut singularis & eximii *Regis* adventus flumine olei fuerit indicatus. Præterea ad vitam quoque meliùs atq; cultiùs degendam plurimum momenti affert oleum, & est omninò hic liquor peculiaris hominum, neq; aliis animantibus convenit. Nam & abhorre illas gustum olei constat, & tradidere gravissimi autores, scripsitq; *Plato*, soli homini idoneam esse unctionem olei, cum bestiarum hac ipsa corpora, inque primis pili magnopere lætantur. Quia verò & membra corroborat, & defatigationis est remedium, id est, ἀκοπονέει ἀποθεραπευτικόν; idè ad labores certaminum & palæstram usus olei ab antiquis frequentatus fuit. Et quidem Christianorum palæstra hæc est, ut in *Christo Jesu* resistant diabolo, & illius impressiones repellant, & decertent ipsi secum, id est, cum vitiosa & corrupta peccato natura. Non enim aliter pax & gaudium illud divinum vel contingit vel permanet, quam in perpetua contentione & continuo certamine, ut nisi tanquam in arenam descendatur, & fortiter decertetur, & obtrineatur victoria, præmium nulli expectandum sit. Hæc & his similia pia cogitatio debet complecti & evolvere, recordans erumpentis olei & fluxionis placidæ, incitatæ mirabiliter eo tempore, cujus ἀλήθεια representaturum erat mundo huic, sobolem cœlestem, *συναιδίων ἰδὼν ἀδελφῶν αὐτῶν Θεοῦ, ἐπὶ πάντων*. Ex quo fieri solet, ut Christianis unctionis copia adsit ad pacis gaudia, & fluat illis oleum adventus *Christi*, nascatur filius & detur puer clemens, & benignus & pacificus. Qui etsi aliquando involutus fasciis jacuit in præsepî, & vagitum edidit, & adversa plurima perpeffus est; nunc tamen sedet Rex omnipotens, ad dextram patris, Dominus creatæ naturæ universæ.


Atq; in hunc Dominum unicum & solum speravit, dum vixit, & adhæsit ei fortiter, in omni agone Christianis in hac vita communi, senex Venerandus & Prudentissimus Dn. M. Paulus Wagnerus, Senator Republicæ hujus emeritus, expetita salute ejus divina, quæ sola ad vitam æternam credentibus inservit. Ut enim Rex & Propheta *David* ait; *τὴν κυρίαν ἠσπασα. Μακάριοι πάντες οἱ πιστοῦντες ἐν αὐτῷ*. Cæterum natus est ὁ μακάριος, hic Lipsiæ, Anno Christi M. D. XLIX. die M. hujus X. genitoribus honoratis; Patre sibi cognomine, *Paulo Wagnero*, Cive & pistore hujus loci; Matre verò *Brigitta Sabina* educatusq; liberaliter ab ineunte ætate, & Scholæ traditus, eas statim progressiones fecit, in linguis, artibus & Philosophicis studiis, ut Anno ἀπὸ τῆς ἐν σαρκὶ δικονομίας M. D. LXX. ætatis verò suæ XXI. *Magisterii* dignitatem, in hac Academia nostra, non sine magno applausu & congratulatione suorū, consecutus fuerit. Quo factò, animum adjunxit ad amplissimum studium juris, & ut statim ab initio inclutam viam eruditionis legitimæ, de consilio Imperatoris *Justiniani* augustissimi, rectè ambularet, sibi studiorum suorum Ducem & Mytagogum elegit & observavit Virum & Antecessorem quondam in arte juris illustrem, Dn. *Johannem Dauth*, J. U. D. & Professore publicum, & sub illius informatione accurata & diligentem profecit pie denatus, ut aliis in dandis consiliis & agendis causis, quotidiè patrocinium se dignum præstaret, attestante hoc ipsum testimonio Academia nostræ, XIII. hujus M. anno supra M. D. LXXVIII. ipsi concessò. Cùm verò anno τῆς ἀρθροποιίας M. D. LXXIV. prædictus Dn. D. *Johannes Dauth* ad *Syndicatum* in Republica *Brunovicensi*, à Senatu illius urbis amplissimo, evocaretur, consecutus etiam ipsum, ut Præceptorem suum, est piè denatus, ibiq; paulò post, cognita & perspecta illius industria & dexteritate, de consensu & approbatione omnium, *Primarius à Secretis* denominatus & constitutus fuit; cui officio certè ea fide, diligentia & autoritate præfuit, cùm in disponendis & efficiendis iis, quæ illius propria sunt, tum vel maximè in pertractandis negotiis, ad totam istam Republicam spectantibus, sive missus & ablegatus fuerit ad aulam *Cæsareæ Majestatis*, sive etiam *Electorum & Principum Curias*, sive deniq; ad *Conventus ordinarios Hanseaticos, Lubecam* versus. De conjugio autem, ita disponente Deo, prospexit sibi, anno τῆς ἡγιστογονίας supra M. D. LXXVII. accepta in matrimonium uxore, fœmina honoratissima, *Dorothea Grabbawin* / viri spectatissimi Dn. *Autoris Fluwercks / Patricii & Senatoris* prædictæ Republicæ *Brunovicensis* vidua, & ex ea suscepit, benedictione divina, filios duos & unam fœmellam; quos verò omnes tres, sub prima statim infantia natura imbecillis morti destinarat. Porro hæc prima uxore defuncta, alteram accepit, anno supra M. D. LXXXIII. sibiq; junxit virginem tum temporis, *Annam*, viri honorati, *Martini Godicks*, civis & pistoris hujus loci filiam relictam, cum qua in matrimonio vixit tranquillo & moderato, annos ultra X. pater factus filiorum quatuor, de quibus adhuc duo superfunt, alter, Patri suo cognominis, Dn. *Paulus Wagnerus*, J. U. D. & alter Dn. *Martinus Wagnerus*, J. U. Candidatus & practicus in aula & Curia *Aldenburgernsi*; ambo verò hodiè præsentis, & funeris paterni spectatores mœstissimi.

Sed sublata quoq; morte alterâ hæc conjuge, anno supra M. D. XCIV. die M. Februar. VI. *Brunsvici*, tertium iteravit matrimonium, *DEO* ita singulariter procurante, & nuptias celebravit cum virgine tum temporis lectissimâ *Sabinâ*, viri præstantissimi, Dn. *Francisci Zangers* / prædictæ Republicæ *Brunovicensis Secretarii*, & quondam Collegæ sui relictâ filiâ, cum qua per annos quatuordecim conjugium tenuit suave & tranquillum, defunctâ & ipsâ tandem piè & placidè in Domino hic Lipsiæ, anno supra M. DC. X. die M. Aprilis XXVII. nullis post se relictis liberis. Ab illo tempore viduus permansit piè demortuus, & ad dignitatem senatoriam evectus anno supra M. DC. VIII. die M. Februar. IXX. eum se ostendit omni loco & tempore, ut hæcenus nemo inventus fuerit, qui vel negligentia vel culpa alicujus verè eum insimulare potuisset. Continuit autem sese ὁ μακάριος ferè semper in ædibus filii Dn. D. *Pauli Wagneri*, post divenditas à se proprias, anno videlicet supra M. DC. XXII. & præter functiones publicas, quibus onerari se frequenter passus est, studiis & exercitiis religiose pietatis & invocationis, legendo, canendo, audiendo & meditando vacavit, cùm in publicis conventibus Ecclesiasticis, tum etiam domi in conclavi suo, quoties quidem propter adversam valetudinem ire per plateas ad domum Domini, & audire publicas conciones impeditus fuit; adhibito etiam usu cœnæ sacre Dominicæ quotannis, statis temporibus, ut ita piè denatus, quantum in hac imbecillitate humana fieri potuit, nihil ferè intermiserit, quod vel ab ipsa pietate & honestate alienum esset, vel etiam vocationi suæ minus conveniens. Ad hæc omnibus ac singulis, quibus cum conversatus est quotidie, grata & accepta præstitit officia, cum benevolentia & humanitate singulari conjuncta, & in primis inservire studuit pauperioribus, quibus etiam de bonis suis distribuit quotidie, nec facile quemquam à se tristem & sinemurere aliquo abire passus est. Sed pergemus ad extremam vitæ periodum τὸ μακάριος, quam antegressa est imbecillitas aliqua corporis, magis tamen ex marasmo quodam senili, quam ex ullo alio affectu præternaturali oborta. Cùm enim dolores, quibus se subito affectum sentiret ὁ ἐν ἀγῶνι, die M. Octobr. XXI. anni superioris, post prandium, curâ medicâ diligentè adhibita, sedati fuissent, statim ab illo tempore animi & corporis debilitationem expertus est haud mediocrem, tantumq; animadvertit ex defectione ista subitanea, impendere sibi horam mortis decemariam. Quare ut antea fecerat diligenter; ita etiam tunc nihil curius & potius habuit piè demortuus, quam ut Medicum cœlestem, *Christum Jesum* consulere, illius Medicinâ refici se curaret, subsidiis spiritua-libus ex limpidissimis *Israelis* fontibus haustis, animum evolare gestientem, ad æternam vitam & beatitudinem instrueret, inq; reliquis Deo, Domino suo, fidelis usq; ad mortem esset. Hinc factum, ut accepto prius viatico saluberrimo, die videlicet M. Decembr. XXIII. post impetratam remissionem peccatorum, præsentè Ministro Ecclesiæ, in vera fide & invocatione salutari, vitam dubiam & periculâ haud expertem produderit ad diem usq; XXIX. ubi circiter octavam vespertinam placidissimè consopitus, mortalitatem cum immortalitate commutavit, Anno ætatis suæ, LXXIX. Anima τὸ μακάριος conjuncta cum *Christo*, Sospitator: suo vivit & exultat in æternum: Corpus verò exanime hodiè, post I. Pomeridianam, ad communem sepulturam deferetur. Quo tempore præstò Nobis sint Cives Academici, & ordine usitato & conveniente funus hoc Senatorium sequantur, volumus & mandamus. Erit officium hoc, quod præstatur piè defuncto in his terris ultimum quidem, sed humanitatis plenum, nec ab Ordine nostro alienum, gratum verò in primis & acceptum τὸ μακάριος Filiis, Viris Clarissimis & Ornatissimis, totiq; familiæ honoratissimæ. PP. IV. Non. Januar. Anno τῆς ἐπιδημίας feliciter inchoato M. DC. XXVIII.

LIPSIÆ, excubib; GREGORIUS Nisch.

Handwritten text in a Gothic script, likely a Latin document. The text is densely packed and runs across the page. Faint numbers '60' and '15' are visible at the top left and top right respectively. The script is characteristic of the late Middle Ages.





RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Nter alia plurima signa, quibus, natura rerum mirabiliter commota, demonstrare æternus *DENS* voluit id tempus, quo nasceretur in terris filius Dei natus, ut canitur in Ecclesia, ante secula, duo hæc memorantur, tum pace ubiq; locorum & gentium parta, *Jani* templum esse clausum, & largo rivo de taberna quadam profluxisse oleum. Quæ ut propria ejus beneficii signa fuerunt, quod promissum antea tunc exhibendum erat, de consilio benignitatis & favoris divini immutabili & certo sic nobis & consideranda illa potissimum, & ut hæc consideratione utilitatis aliquid comparandum est. In pace omnino nasci conveniebat Principem pacis, non ejus, quæ in hoc mundo expetitur, (sanè *optanda*, & secundum Poëtam, *optima rerum, quæ homini novisse datum*), sed longè melioris & jucundioris pacis, quæ facta est, placatâ irâ *DEI*, & numine divino reconciliato hominibus. Unde existit

tum magna com-
us & attentiore
priè pertinere,
vitam quoque
imantibus con-
esse unctioem
tionis est reme-
videm Christia-
vitiosa & corru-
one & continuo
sit. Hæc & his
ore, cujus & M-
Christianis unctio-
Ex quo neniolet, ut Christianis unctio-
Qui etsi ali-
benignus & pacificus. Qui etsi ali-
Rex omnipotens, ad dextram



Atq; in hunc Dominum unicum & solum speravit, dum vixit, & adhæsit ei fortiter, in omni agone Christianis in hac vita communi, senex Venerandus & Prudentissimus Dn. M. Paulus Wagnerus, Senator Reipublicæ hujus emeritus, ex petita salute ejus divina, quæ sola ad vitam æternam credentibus inservit. Ut enim Rex & Propheta David ait; *τὸ κλέος ἡ σωτηρία. Μακάριοι αἱ ἀρεταὶ οἱ ἀποστόρες ἐν αὐτῷ.* Cæterum natus est ἡ *κακοῦ*, hic Lipsiæ, Anno Christi M. D. XLIX. die M. hujus X. genitoribus honoratis; Patre sibi cognomine, *Paulo Wagnero*, Cive & pistore hujus loci; Matre verò *Brigitta Sabin*/educatusq; liberaliter ab ineunte ætate, & Scholæ traditus, eas statim progressiones fecit, in linguis, artibus & Philosophicis studiis, ut Anno *απὸ τῆς ἐν σαρκὶ ἀναστομίας* M. D. LXX. ætatis verò suæ XLI. *Magisterii* dignitatem, in hac Academia nostra, non sine magno applausu & congratulatione suorum, consecutus fuerit. Quo facto, animum adjunxit ad amplissimum studium juris, & ut statim ab initio inclutam viam eruditionis legitimæ, de consilio Imperatoris *Justiniani* augustissimi, rectè ambularet, sibi studiorum suorum Duce & Myrtagogum elegit & observavit Virum & Antecessorem quondam in arte juris illustrem, Dn. *Johannem Dauth*, J. U. D. & Professorem publicum, & sub illius informatione accurata & diligenti, tantum profecit pie denatus, ut aliis in dandis consiliis & agendis causis, quotidie patrocinium se dignum præstaret, atresante hoc ipsum testimonio Academia nostræ, XIII. hujus M. anno supra M. D. LXXVIII. ipsi concessio. Cùm verò anno *τῆς ἀναβιωτικίας* M. D. LXXIV. prædictas Dn. D. *Johannes Dauth* ad *Syndicatum* in Republica *Brunovicensi*, à Senatu illius urbis amplissimo, evocaretur, consecutus etiam ipsum, ut Præceptorem suum, est piè denatus, ibiq; paulò post, cognita & perspecta illius industria & dexteritate, de consensu & approbatione omnium, *Primarius à Secretis* denominatus & constitutus fuit; cui officio certè ea fide, diligentia & autoritate præfuit, cùm in disponendis & efficiendis iis, quæ illius propria sunt, tum vel maximè in pertractandis negotiis, ad totam istam Rempublicam spectantibus, sive missus & ablegatus fuerit ad aulam *Cæsareæ Majestatis*, sive etiam *Electorum & Principum Curias*, sive deniq; ad Conventus ordinarios *Hanseaticos, Lubecam* versus. De conjugio autem, ita disponente Deo, prospexit sibi, anno *τῆς ἀναβιωτικίας*